

Libet obiter uanitatem magicā hic quoque
coarguere, quoniam hanc cōcionantibus
utilem esse prodiderunt. Est & Onychipū-
cta, quæ iaspōnyx uocatur, & nubem cō-
plexa, & niues imitata, que stellata rutilis
punctis est, & sali megarico similis, & uelu-
ti fumo infecta, que capnias uocatur Ma-
gnitudinem iaspidis. ii. unciarum uidimus
formatamque inde effigiem Neronis hora-
catam. Reddetur & per se cyaneo gratia ac
commodato. pauloante iaspidis nomine,
colore cæruleo. Optima scythica, dein cys-
pria, postremo ægyptia. Adulteratur maxi-
met tinctura, idque in gloriā regis egyptij ad
scribitur, qui primus eam tinxit. Diuiditur
autem hec in mares fœminasque. Inest ali-
quando & aureus puluis, non qualis in sa-
phirinis. Saphirus enim & aureis punctis
collucet. Ceruleæ & saphiri raroque cū pur-
pura. Optime apud Medos, nusque tñ pluci-
de. Præterea inutiles sculpturæ, interuenienti-
bus crystallinis cētris. Que yo sūt ex ijs cys-
anei coloris, mares existimant. Alioque ex hoc
ordo purpureis dabit, et ab his discedentibus
Principatū amethysti indicætenēt. Sed in
Arabia ex ea quoque parte, que finitima Sy-
riæ petræa uocatur, & in Armenia mino-
re, & in Ægypto, & in Galatia reperiuntur
G 2 Sordidissimæ